

Krmíčková, Helena

Jakoubkova kvestie Quia heu in templis a její vztah k regulím

Sborník prací Filozofické fakulty brněnské univerzity. C, Řada historická.
1994, vol. 43, iss. C41, pp. [15]-34

ISBN 80-210-0973-X

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/102576>

Access Date: 16. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

HELENA KRMÍČKOVÁ

JAKOUBKOVA KVESTIE QUIA HEU IN TEMPLIS A JEJÍ VZTAH K REGULÍM

Po Kybalově srovnávací studii o Antikristu¹ prokázal Jan Sedlák velkou závislost Jakoubka ze Stříbra na Matějovi z Janova i v otázce přijímání pod obojí.² Sedlák však zkoumal počátky kalicha v době, kdy neměl k dispozici celé vydání Janovových Regulí. Za těchto okolností mohl provést pouhé sondy, což si sám uvědomoval, a proto postuloval nutnost — až budou vydány eucharistické traktáty Janovovy — „celé eucharistické dílo Jakoubkovo a Janovovo přirovnati i v jednotlivostech“.³

Protože podmínka vydání celých Regulí⁴ již byla splněna, můžeme dnes bližší prozkoumat Jakoubkovo první dochované utrakvistické dílo — univerzitní kvestii s incipitem Quia heu in templis cristianorum.⁵

Na tomto omezeném prostoru musíme pominout její obsahovou stránku, v tomto odkazujeme na rozbor Sedlákův.⁶ Stejně tak se nemůžeme zabývat ani rozbohem eucharistických názorů Janovových, i zde odkazujeme na příslušnou literaturu.⁷ Avšak již na první pohled je nápadná podobnost tohoto Jakoubkova díla s učením Janovovým. Janov sice neuvažuje o při-

¹ Kybal, V.: *M. Matěj z Janova a M. Jakoubek ze Stříbra. Srovnávací kapitola o Antikristu*, ČCH XI, 1905, s. 22—38.

² Sedlák, J.: *Počátkové kalicha*, Časopis katolického duchovenstva LII, 1911, s. 496—499.

³ *tamtéž*, s. 499.

⁴ *Matthiae de Janov dicti Magistri Parisiensis Regulae Veteris et Novi Testamenti*, vol. I—IV ed. V. Kybal, Innsbruck 1908—1913, vol. V ed. V. Kybal et O. Odložilík, Praeae 1926, vol. VI ed. J. Nechutová, München 1993.

⁵ Nevydána, viz Bartoš, F. M.: *Literární činnost M. Jakoubka ze Stříbra*, Praha 1925, č. 33, s. 33—34; Spunar, P.: *Repertorium auctorum Bohemorum pro vectum idearum post Universitatem Pragensem conditam illustrans I*, Ossolineum 1985, č. 567, s. 216—217.

⁶ Sedlák, J.: o.c. s. 398—401, 496—501.

⁷ Kromě předmluv O. Odložilíka a J. Nechutové v příslušných svazcích edice se touto otázkou podrobně zabývají: Kybal, V.: *M. Matěj z Janova. Jeho život, spisy a učení*, Praha 1905; Petrů, O. M., *Matěj z Janova o častém svatém přijímání*, Olomouc 1946; Nechutová, J.: *K charakteru eucharistie v české reformaci SPFFBU*, B 18, 1971, s. 31—44.

jímání podobojí, ale s jeho myšlenkami se zde setkáváme často: důraz na *locus communis* raného českého utrakvismu⁸ — verš z Janova evangelia 6,54, rozlišení přijímání duchovního a svátostného, nutnost podávat svátostnou eucharistii začínajícím a pokračujícím v duchovním životě. Srovnejme tedy oba autory i v jednotlivostech.

Již v samém úvodu Jakoubkovy kvestie se nám ozývá Matěj z Janova, který shodně s Jakoubkem mluví na mnoha místech Regulí o nálezcích lidských na místech vyhrazených eucharistii. Janovův termín „regula generalis“ pak Jakoubek aplikuje nikoli na přijímání časté, ale na přijímání podobojí. V protestaci na nás začíná promlouvat přímo slovy Janovovými:

Jakoubek ze Stříbra, Quia heu in templis, rkp. PUK X H 10 106r—121r⁹ (f. 106v) In oppositum videtur esse textus ewangelicus Mathel 26 et Luce 22¹⁰ et in aliis pluribus locis ewangelicis et apostolicis.

... protestor inprimis igitur, quod in hac questione non intendo dicere, sicut nec in ullo actu per me facto vel fiendo in futurum, ymmo intendo non dicere omne¹¹ illud, quod est contra ecclesiam sanctam catholicam Cristi Iesu vel quod esset contra veram fidem cristianam directe vel indirecte vel quod esset contra legem Dei immaculatam aut bonos sive sanctos mores ecclesie. Quodsi forte, quod absit, aliquid horum contrarium me dicere contingeret ex mea ignorancia vel inadvertencia vel quavis alia negligencia et imperfeccione, quam cognosco in me multam nimis, illud statim in principio revoco et retracto, rogans habere pro non dicto. Et subicio me correccioni omnium vestrum vel quorumcunque aliorum, ad quos pertinet sic errantes corrigere et ad viam reducere veritatis.

Matthiae de Janov Regulae Veteris et Novi Testamenti, vol. V (s. 20, ř. 1—2) In oppositum est textus ewangelii et dicta et figure legis et prophetarum.

(23,6—23) Protestor igitur, quod in hac questione non intendo dicere vel scribere, sicut neque in ullo actu per me facto vel fiendo in futurum, ymo intendo non dicere omne illud, quod est contra sacrosanctam ecclesiam Christi Jhesu catholicam vel contra fidem christianam per directum vel indirectum, vel quod esset ullo modo contra sacram scripturam aut bonos mores ecclesie, aut quod posset aliquo modo offendere pias aures fidelis hominis christiani. Quodsi forte, quod absit, aliquid horum contrarium me dicere, scribere vel sentire contingeret ex mea ignorancia vel inadvertencia aut quavis negligencia et imperfeccione, quam cognosco in me ipso esse multam nimis, illud statim in principio revoco et retracto, rogans habere pro non dicto. ... et me ipsum submitto correccioni sancte catholice ecclesie et meis patribus orthodoxis, paratus existens et cupiens usquequaque emendari et per ipsam piam matrem meam et patres ad viam veritatis et gracie per Christum Jhesum sancte in ecclesia duci et reduci ac deduci.

⁸ Nechutová, J.: *K charakteru*, s. 42.

⁹ Při čtení chybném nebo vzdálenějším od Janovova textu jsem dala přednost rukopisu PUK V G 7 f. 1r—24v. Různočtení je vyznačeno v poznámce se siglou A pro rkp. X H 10.

¹⁰ srv. Mt 26,26—28; L 22,19—20

¹¹ omne: omnino A

Z Janova pak přebírá pojetí expediens a necessarium.

(106v) Illo premissio accedendo ad materiam questionis: Primo notandum est, quod expediens secundum doctores est illud, quod est honestum et utile homini facere, ut dicit quidam doctor nomine David¹² in libro De septem processibus hominis spiritualis: „Necessarium vero est illud, quod homo tenetur facere, et si non facit, peccat et dampnum incurrit. Aut quod lex precipit vel ratio requirit, omnino esse faciendum.“

Et illud hic necessarium specialiter voco in proposito, necessarium ex pacto vel statuto, quo Deus suam gratiam influit et dat fidelibus per sanctos suos vel sua sacramenta. Ut est illud:¹³ „Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.“ Et de gracia eukaristie illud:¹⁴ „Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.“

(75,11—22) Ponit etiam differentiam inter ista Magister David¹² in libro de septem processibus hominis spiritualis: „Illud licet, quod potest fieri honeste et sine peccato, sed illud dicitur expedire, quod facere quidem est honestum et utile homini. Necessarium vero ist illud, quod homo tenetur facere, et si non facit, peccat et dampnum incurrit.“ . . . lex precipit aut quod fieri prohibet, vel quod ratio requirit dicens omnino faciendum.

(247,30—248,3) Sic deus gratiam suam influit et dat hominibus ex pacto vel statuto in sacramentis et per sacramenta. Verbi gracia: de gracia baptismali dicit Christus:¹³ „Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum dei.“ . . . De gracia autem eukaristie dicit iterum:¹⁴ „Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.“

Výrazné paralely můžeme sledovat i při charakteristice eucharistie.

(107r) Sumunt uno modo quidam pro participatione graciae Cristi corporis ecclesie. Et sic omnis devocio cristianorum, audicio vel leccio seu meditatio verbi Dei et sciencie est quedam sumcio seu manducacio panis vite et intellectus et potacio aque sapiencie salutaris cum caritate et omnis fruicio Dei sapiencie et sciencie. Que omnia vel sunt actus venientes ex unione anime cum Cristo vel dispositiones et dignificationes anime ad unionem cum Cristo in spiritu et veritate.

Alio modo accipitur sumcio proprie pro manducacione spiritali tantum in se specialiter corporis Cristi et bibicione sanguinis eius, quod est quodam modo uniri animam cum Cristo immediate secundum spiritum et veritatem et quo-

(361,16—29) Et ita omnis gracia baptismi et omnium sacramentorum dicitur quedam manducacio, id est participacio graciae Christi et ipsius ecclesie, et omnis devocio hominum, audicio aut leccio seu meditatio verbi dei cum caritate et omnis fruicio sapiencie dei et sciencie est quedam manducacio panis vite et intellectus et potacio aque sapiencie salutaris. Que omnia vel actus sunt venientes ex unione anime cum Christo vel dispositiones et dignificationes anime ad unionem cum Christo in spiritu et veritate.

Alio modo dicitur manducacio corporis Christi proprie et in se substancialiter, quod est uniri animam cum Christo immediate secundum spiritum et veritatem et quodam modo intime indui Christum¹⁵ vel transformari et vegeta-

¹² srv. David de Augusta, *De septem processibus religiosi statu*, in: *Pia et devota opuscula*, Augustae Vindelicorum 1596, s. 226.

¹³ J 3,3

¹⁴ J 6,54

¹⁵ srv. např. Ř 13,14 (pozn. H. K.)

dam modo intime indui Christum¹⁵ vel transformari et vegetari in Christum, sicut dicit Apostolus:¹⁶ „De claritate in claritatem transformamur.“...

ri in Christum, sicut dicit apostolus:¹⁶ „De claritate in claritatem transformamur“.

Následuje důležitý bod Jakoubkova učení o eucharistii zpracovaný i v řadě dalších traktátů — rozlišení přijímání na duchovní a svátostné. V tomto směru se opět učil u Mistra Pařížského, což v naší kvestii výstižně zachycuje řada pasáží.

Tercio accipitur sumpcio corporis et sanguinis Cristi pro manducacione et bibicione spiritali simul¹⁷ et sacramentali corporis et sanguinis Cristi sic quodammodo una, sicut anima rationalis eciam caro unus est homo. Et sic tunc sumere corpus et sanguinem Cristi spiritaliter et sacramentaliter est in ore corporaliter degustare et rem sacramenti eciam in spiritu et veritate simul degu(107v)stare spiritaliter et verum corpus Cristi et sanguinem ore novi hominis, qui secundum Deum creatus est,¹⁸ spiritaliter ruminare...

Quia illa sumcio generaliter et primo modo dicta est quasi induccio ad formam substantialem vel dispositione previa ad formam. Ita quod sicut in generatione compositi naturalis ad introductionem forme substantialis multe requiruntur dispositiones successive et previe... Propterea de ista sumcione spiritali, ymmo de spiritali et sacramentali simul et proprie dicta, dictum est principaliter in ewangelio Iohannis VI^o:¹⁹ „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo.“

Non enim dixit Christus: „Qui credit in me vel qui audit me aut qui est devotus michi, in me manet et ego in eo“, sed principaliter et magis proprie hoc voluit dicere de manducacione corporis sui et bibicione sui sanguinis ad innuendum differentiam superius assignatam, ut quod verbum in voce, quamvis disponit hominem et efficit capa-

(27,7—12) Manducare autem spiritaliter et sacramentaliter est sacramentum ore ruminare et pasci vini et panis speciebus et rem sacramenti, id est gratiam, in spiritu et veritate degustare et verum corpus Christi et sanguinem ore novi hominis, qui secundum deum creatus est,¹⁸ et spiritali, de quo superius dictum est, in rationibus ante oppositum, spiritaliter ruminare.

(362,4—11) Et per hoc differt ista sacramentalis manducacio ab illa quasi induccio substantialis forme a dispositione previa ad formam vel quasi plenitudo et substancia a participacione vel quasi degustacio seu prelibacio a societate vel quasi forma substantialis permanens a motu trausente. Propterea de ista manducacione sacramentali principaliter et maxime dictum est:¹⁹ „Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo.“

(362,31—363,5)

Non enim dixit Christus: „Qui credit in me vel qui orat me vel qui audit me aut qui est devotus michi, in me manet et ego in eo“, sed principaliter et magis proprie hoc voluit dicere de manducacione sue carnis et sanguinis ad innuendum differentiam superius designatam, videlicet, quod verbum in voce, quamvis disponit homi-

¹⁶ 2 K 3,18

¹⁷ simul: solum A

¹⁸ Ef 4,24

¹⁹ J 6,57

cem eum nimis a longe, ut sit unum cum Cristo, tamen transit illud verbum vocis, sed Verbum caro factum est et manducatum et potatum digne sub duplici forma sacramentali manet et habitat in nobis.²⁰

Secundo correlarie potest trahi ex ista distincione sumpcionis²¹ corporis et sanguinis Christi, quod sumcio primo modo et generaliter dicta corporis et sanguinis Christi, que extendit se ad credere cum²² dilectione et ad omnem visitationem et illuminationem gratie in mente de communi lege, non sufficit communitati cristianorum ad salutem sine sumcione proprie dicta spiritali et sacramentali. Patet, quia si omnis talis habitacio Christi gratie previa sufficeret se solo, tunc superflueret proprie dicta sumcio spiritalis et sacramentalis simul corporis et sanguinis Christi, quod nephas est cogitare.

Nam tunc etiam omnis bonus cristianus a principio usque ad finem manducaret et biberet proprie corpus et sanguinem Christi, cum semper et ubique credit cum dilectione in Dominum Iesum Christum, habens crebram visitationem vel innovationem gratie in spiritu sive devocionem.

Nec hec est propria accepco manducacionis et bibicionis corporis et sanguinis Christi, quia alias omnes reges et prophete in Veteri Testamento, qui Iesum Christum futurum credebant, iam manducassent corpus Christi vere et realiter sicut cristiani. Sed quomodo illud posset sustineri in veritate, cum tunc corpus Christi nondum fuit et tunc quomodo id, quod tunc non fuit, tunc manducabatur?

Et timeo salvo meliori iudicio, quod assecucionem cuiuscunque gratie in Cristo Iesu vocare communiter manducacionem spiritualem corporis Christi et bibicionem sanguinis eius multos movet ad obmissionem manducacionis sacramentalis, sic quod non curatur corpus et sanguis Christi in sacramento,

nem et efficit capacem eum unionis cum Christo, cum transit sic verbum in spiritu, licet sit degustatum, tamen aliquo modo preterit, sed verbum caro factum et manducatum et potatum digne in sacramento manet et habitat in nobis.²⁰

(359,17—21) Hoc tamen ad presens obstupesco, quomodo vocabulum spiritalis manducacionis extensum est omnino ultra limites predictae distincionis ita large, quod etiam omne credere cum dilectione vocant moderni manducacionem spiritualem et omnem visitationem et illuminationem gratie in mente.

(359,31—360,3) Et si omnis talis habitacio Christi gratie a christiano ubicumque et quodcumque esset proprie manducacio Christi corporis, tunc non videretur, quod ad aliquid esset utile institucio istius, de quo sermo. dulcissimi sacramenti, sed videtur, quod iam erit superfluum, quod nephas est christiano etiam cogitare.

(359,27—31) Item ex illo sequitur, quod omnis christianus bonus a principio usque ad finem et ubique manducat corpus Christi, cum semper et ubique credat in Christum Jhesum cum dilectione et habeat crebrius illam visitationem vel innovationem gratie in spiritu vel devocione.

(359,21—26) Et ita sequitur, quod omnes reges et prophete in Veteri testamento, qui Christum Jhesum futurum credebant, iam manducabant corpus Christi. Quomodo vero illud posset sustineri in veritate, cum corpus Christi tunc nondum fuit, licet erat futurum, et quomodo bene et in veritate illud, quod non est adhuc, iam possit manducari?

(360,3—12) Estimo itaque dicere salvo meliori iudicio, quod ita assecucionem cuiuslibet gratie in Christo Jhesu vocare communiter manducacionem spiritualem Christi corporis et ita eandem divulgari et affirmare, hoc venit in populo christiano ad obmissionem manducacionis sacramentalis et venit ad

²⁰ srv. J 1,14

²¹ sumpcionis : sumpcione A

²² cum : ex A

ita quod quilibet heu vel saltem multi pro maiori parte de spirituali manducatione sic communiter dicta nonnunquam audientes, acsi spiritualiter manducarent sibi blandientes, non curant ideo vel minus curant festinare manducare sanctum et divinum sacramentum.

Et quod sic quilibet participatio Christi et omnis gracia baptismi et aliorum sacramentorum est manducatio sive bibicio etc.

Sumcio spiritualis tantum corporis et sanguinis Christi (108v) proprie dicta sine sacramentali est latentissima et occultissima communitati fidelium, sic quod communiter communitas non est capax illius sumcionis proprie dicte invisibilis, patet, quia talis solis angelis in celis principaliter et proprie competit, qui sunt puri spiritus, de qua communitas fidelium, licet sine peccato mortali existat, infecta tamen est valde peccato et obnubilata fragilis et infirma.

(109r) Ista manducatio sive bibicio spiritualis tantum corporis et sanguinis Christi proprie dicta, licet sit optima in se, tamen est maxime propria angelis et animabus exutis a corpore, non tamen hominibus in corpore adhuc existentibus. Etsi forte sit congrua aliquibus perfectissimis hic in via, qui iam in carne non sunt, vel qui magis sunt in spiritu quam in carne, tamen non est optima et convenientissima communitati hominum in familia magne domus Dei, scilicet militantis ecclesie.

Propterea Maria Magdalena²³ et Maria Egipciaca,²⁴ existentes iam magis in spiritu quam in carne, non sumserunt corpus et sanguinem Christi sub forma sacramentali bene per multos annos, quia iam magis erant in spiritu et in celestibus quam in humanis. Et ergo sumebant modo perfectiori ad modum angelorum corpus et sanguinem Christi in spiritu, non autem in enigmatem et forma sacramentali, qui mo-

magnam desolacionem et non curacionem Christi corporis et sanguinis in sacramento, ita quod quilibet vel multi de spirituali manducatione audientes et acsi spiritualiter manducarent sibi blandientes, non curant ideo vel minus curant festinare manducare sanctum et divinum sacramentum.

(361,14—17) ... quilibet participatio graciae Christi Jhesu et ipsius ecclesie vel dispositio previa dignificans hominem ad unionem cum Christo in spiritu et gracia. Et ita omnis gracia baptismi et omnium sacramentorum dicitur quedam manducatio.

(93,23—26) Latentissima est enim manducatio huius spiritualis, solis angelis in celis competens, qui sunt puri spiritus, et soli spiritui sancto cognita, de qua homines incarnati, nubilati nichil sciunt sentire vel affirmare...

(358,21—27) Spiritualis autem manducatio Christi corporis sola precise sine manducatione sacramenti, licet sit optima in se, tamen maxime est propria angelis et animabus exutis a corpore, non tamen hominibus in corpore adhuc existentibus. Et si forte sit congrua aliquibus perfectissimis, qui iam in carne non sunt vel magis sunt in spiritu quam in carne, tamen non est optima et convenientissima communitati hominum in familia magni dei.

(63,22—64,2) Propterea Maria Magdalena²³ et Maria Egyptiaca,²⁴ existentes iam perfecte, non comederunt bene per multos annos tali modo nostro, puta in sacramento, istum panem celestem, quia iam magis erant in spiritu et in celestibus quam in humanis. Et ergo comdebant modo perfectiori ad modum angelorum istum nostrum panem, scilicet in spiritu, non autem in enigmatem sacramenti, quod est continue comedendo

²³ srv. *De sancta Maria Magdalena*, in: *Jacobi a Voragine Legenda aurea vulgo Historia Lombardica dicta*, rec. T. Graesse, Reproductio phototypica editionis tertiae 1890, Osnabrück 1969, c. XCVI, s. 414 (pozn. H. K.).

²⁴ srv. *De sancta Maria Aegyptiaca, tamtéž*, c. LVI, p. 249 (pozn. H. K.).

us spiritualis tantum est continue comedendo comedere et potando semper potare in spiritu et veritate spiritum et verbum Dei. Et pro tali modo dixit Dominus ad Augustinum:²⁵ „Cibus sum grandium, cresce et manducabis me.“ Ad quem modum pauci et solum perfectissimi perveniunt, qui non tantum habent necesse festinare sepe ad sacramentalem corporis et sanguinis Cristi sumcionem.

De quo modo loquitur Augustinus in Omelia super Iohannem super illo verbo ewangelii:²⁶ „Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus“; dicens: „Corpus Domini, a quibus sumitur, immortales et incorruptibiles reddit et facit socios ipsorum sanctorum, ubi pax erit perfecta et unitas plena; propterea quippe, sicut eciam hoc intellexerunt homines ante nos, Dominus noster Iesus Kristus corpus et sanguinem suum in hiis rebus commendavit, que ad unum aliquid rediguntur. Ex multis namque granis unus panis conficitur et ex multis racemis vinum confluit.“ Et idem super illo verbo:²⁷ „Litigabant ergo Iudei“ dicit: „Litigabant, quia panem hunc non intelligebant, nam qui manducant hunc panem non litigant adinvicem, quoniam unus panis et unum corpus multi sumus omnes, (109v) qui de uno calice et de uno pane participamus, et per hunc facit Deus unius moris habitare in domo“. Hec ille.

Magis autem iste modus spiritualis et sacramentalis enigmaticus est via ad modum spiritualem proprie dictum manducandi et bibendi corpus et sanguinem Cristi in spiritu solum et veritate modo angelico celesti. Propterea sumere hic corpus et sanguinem Cristi digne sub forma sacramentali est sumere in via, sed sumere in spiritu solum et veritate est sumere quasi in patria.

comedere et potando semper potare in spiritu et veritate spiritum et verbum dei. Pro tali etenim modo piissimus Jhesus dixit ad Augustinum:²⁵ „Cibus sum grandium, cresce et manducabis me.“ Ad quem modum conmedendi pauci et solum perfecti perveniunt et illi non tantum habent necesse festinare sepe ad sacramentalem Christi corporis conmeditionem.

(31,21—32,11) Et istud dicit Augustinus in Omelia super Johannem super illo verbo ewangelii:²⁶ „Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus“; dicit: „Corpus Domini, a quibus sumitur, immortales et incorruptibiles reddit et facit socios ipsorum sanctorum, ubi pax erit perfecta et unitas plena; propterea quippe, sicut eciam ante nos hoc intellexerunt homines, dominus noster Jhesus Christus corpus et sanguinem suum in hiis rebus commendavit, que ad unum aliquod rediguntur. Ex multis namque granis unus panis conficitur et ex multis racemis vinum confluit.“ Et idem super illo verbo:²⁷ „Litigabant igitur Iudei“, etc., dicit: „Litigabant, quia panem hunc non intelligebant, nam qui manducant hunc panem, non litigant ad invicem, quoniam unus panis et unum corpus multi sumus omnes, qui de uno calice et uno pane participamus, et per hunc facit deus unius moris habitare in domo“. Hec ille.

(64,7—13) ... quoniam iste modus, puta manducare corpus Christi in sacramento et modo humano, est materia et via ad modum illum secundum, scilicet manducare continue in spiritu solum et veritate modo angelico et celesti. Propterea conmedere corpus Christi in sacramento est conmedere prout in via, et idcirco sacramentum hoc dicitur panis viaticus, sed conmedere modo secundo est conmedere quasi iam in patria.

²⁵ Aurelius Augustinus, *Confessiones*, MPL 32, col. 742 (pozn. H. K.).

²⁶ srv. Aurelius Augustinus, *In Joannis evangelium tractatus XXVI*, MPL 35, col. 1614.

²⁷ srv. *tamtéz*, col. 1613.

V následujících korelariích zní opět řada argumentací Janovových.

(110v) Nam Mathei 26 dicitur:²⁸ „Cenantibus eis“, id est apostolis, „cum Domino accepit Iesus panem et benedixit ac fregit deditque discipulis suis et ait: Accipite et comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus Novi Testamenti“ etc... Et hec est voluntas Patrisfamilias Domini Iesu Christi, de qua predixit David dicens:²⁹ „Parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius.“ Quam institutionem mandavit plebibus teneri et observari dicens:³⁰ „Hoc facite in meam commemorationem.“ De quo iterum David:³¹ „Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, escam dedit timentibus se“; et Zacharias propheta in spiritu (111r) admirans futurum bonum memoriale a Cristo donari populo cristiano dicebat:³² „Quid bonum eius est et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines“, igitur conclusio vera etc. Ex quo primo³³ correlarie sequitur, quod non est melius nec pulcrius, quod generaliter habent cristiani in suis templis et festis, nec hoc preparatum convivium nec hoc frumentum electorum et vinum germinans virgines, que Dominus Iesus communitati sue ecclesie ita preparavit tali via³⁴ regia et modo ac forma duplici sacramentali optime instituit, quali modo est preparatum in templis generaliter pro communitatibus fidelium Iesu Christi etc.

Correlarium 2^m: Cuilibet Cristi fideli est pro fide solida tenendum, quod sumcio corporis et sanguinis Cristi sub duplici forma sacramentali certissime et manifeste est a Domino Iesu Cristo volita, ordinata et celebriter constituta, auctoritate magna divulgata, solempniter in Veteri Testamento nunciata

(91,29—92,13) ... ipse ita fecit, accipiens panem, gratias agens fregit et dixit:²⁸ „Accipite et comedite, hoc est corpus meum; similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: Bibite ex hoc omnes.“ Propter quod scriptum est:²⁹ „Parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius.“ Et ita instituit fieri et dixit:³⁰ „Hoc facite in meam commemorationem.“ ... atque iterum:³¹ „Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus, escam dedit timentibus se“; et propheta:³² „Quid bonum eius, aut quid pulchrum eius, nisi vinum electorum et triticum germinans virgines“. Non ergo melius, non pulchrius quid habent christiani in festis suis et convivio Jhesu Christi, nisi hoc vinum electorum et frumentum germinans virgines, que dominus Jhesus eis ita preparavit, id est tali modo et forma bibere ipsum et manducare, quali modo est preparatum in altari.

(360,20—26) Verumptamen hoc certum licet michi tenere, quod certissima Christi corporis manducatio solempnis et manifesta est communicatio sacramenti de altari. Et ista est a deo et a Christo Jhesu volita, ordinata et celebriter constituta, auctoritate magna divulgata, solempniter in Veteri tes-

²⁸ srv. Mt 26,26—28

²⁹ Z 64,10

³⁰ L 22,19

³¹ Z 110,4—5

³² Za 9,17

³³ primo : psalmo A

³⁴ srv. Nu 21,22

et glorificata, multipliciter in Novo Testamento a primeva sui origine exercitata et stabilita...

Correlarium 4^m: Magnus institutor huius moris in domo³⁵ ecclesie tamquam refeccionem animarum secundum modum et formam traditam communitati fidelium constituens sine acceptione personarum³⁶ dilexit in hoc mundo et diligit valde et nimis communitatem fidelium ecclesie... Nam sicut (111v) Dominatori universorum attinet illa via modo et forma operari, que est gloriosa electis eius et mirabilibus ac stupendis misteriis cumulata, ut sic luceat Iesus cunctis mirabilis Deus in sanctis suis³⁷ et in conspectu filiorum hominum.

tamento nuncciata et glorificata, multipliciter in Novo testamento exercitata et stabilita.

(308,26—309,3) ... cum deus sit semper amator et institutor unius moris in domo³⁵ et non sit accepcio personarum aput deum,³⁶ sed communitatem diligit et in communitate sua bona atque communi via electis preparata largitur et operatur, et quemadmodum deo glorioso et universorum domino attinet illa via operari, que est gloriosa et solempniter et auttentice celebrata in hoc mundo et mirabilibus inenarrabilibus et stupendis ministeriis cumulata et ditata, ut luceat sic Jhesus cunctis mirabilis deus in sanctis suis,³⁷ qualis via et modus est potissimum et habundanter in sacramento altaris instituta et perfecta in conspectu filiorum hominum.

Také v ďalších pasážích čerpá Jakoubek v řadě argumentací:

(113r) Item quilibet magis vulneratus et sepius magis et³⁸ sepius indiget medicina, sed secundum communem cursum omnes fideles de communitatibus ecclesie, cuiuscunque status sint, et presertim incipientes et proficientes in observancia Dei mandatorum sepius per peccata vulnerantur, sicut scriptum est:³⁹ „Sepcies in die iustus cadet.“ Corpus autem et sanguis Christi sub forma panis et vini a Cristo instituta sunt medicina spiritualiter vulneratis. Cum ergo communitates fidelium ita sepe vulnerantur, patet, quod necessarium est eis sumere medicinam secundum institutionem sacramentalem. Consequencia videtur esse nota et maior similiter, sed minor patet, quia incipientes et proficientes adhuc sunt proni ad peccandum et propinqui circa occasiones peccandi et minorem ac debilio-

(56,5—57,17) Quilibet magis vulneratus et sepius magis et sepius indiget medicina, quam is, qui rarius et modice vulneratur. Sed incipientes et proficientes magis et sepius per peccata vulnerantur, sicut scriptum est:³⁹ „Sepcies in die cadit iustus“. Corpus autem Christi est medicina peccaminum peccatoribus procurata, igitur etc. Maior nota et minor patet ex eo, quod, quia huiusmodi proprius sunt a peccatis et ab occasionibus eorum, necnon minorem et debiliorem habent resistenciam, et usum resistendi quam perfecti, igitur etc. Ideo dicit Ambrosius De sacramentis:⁴⁰ „Si, quocienscumque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum [ef]funditur, debeo illum semper accipere, ut semper michi peccata dimittantur. Qui semper peccata debet habere medicinam“. „Vir-

³⁵ srv. Ž 67,7

³⁶ srv. např. Ř 2,11

³⁷ srv. Ž 67,36

³⁸ et nečte A

³⁹ Př 24,16

⁴⁰ Ambrosius, *De sacramentis*, MPL 16, col. 446; *Decretum Gratiani*, DC 2.14, Friedberg I, col. 1319.

rem habent resistenciam sive usum resistendi contra temptamenta viciorum. Hinc dicit Ambrosius De sacramentis:⁴⁰ „Debeo illum panem semper accipere, ut semper michi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.“ „Virtus enim de illo exibat et sanabat omnes et quotquot tangebant illum, salvi fiebant“⁴¹ etc.

Item quilibet, qui plus laborat, necesse habet sumere plus suum cibum et potum, sed omnes Cristi fideles, presertim incipientes et proficientes in observancia mandatorum Dei plus et gravius laborant in penitencia et in virtutibus quam aliqui olim sancti conservati et perfecti. Corpus autem Cristi est panis et sanguis potus laborantium in via, qui quidem panis cor hominis confirmat ut vivat, ut ostensum est in figura per confortacionem Helie in via a pane subcinericio,⁴² 3¹ Regum 19; ergo communitates fidelium tanquam incipientes et proficientes necesse habent sumere corpus et sanguinem Cristi, consequencia est nota. Et maior (113v) patet, quia ubi maior labor et gravior, ibi fortitudo requiritur cordis et augmentacio eius requiritur crebrior per restauracionem deperditi,⁴³ quod totum fit ex frequenti digestionem; et ad hoc dicit Apostolus:⁴⁴ „Qui non laborat, non manducet“, et per consequens, qui magis laborat, magis manducet. Minor patet, quia communitates fidelium incipientes et proficientes in observancia legis Cristi communiter ducunt adhuc vitam laboriosam, scilicet activam, et modicum habent de contemplativa. Item multum habent de habitu et consuetudine veteris hominis, quo gravati laborant eum deponere,⁴⁵ et modicum de habitu virtutum et usu. „Corpus enim, quod corrumpitur“, valde adhuc in talibus „aggravat animam, et terrena inhabitacio distrahit importune sensum multa cogitacione.“⁴⁶ Ideo necesse est communitatibus fidelium, ut superha-

tus enim de illo exibat et sanabat omnes et quotquot tangebant eum, salvi fiebant.“⁴¹

Item secundo quilibet, quis plus laborat et gravius, necesse habet plus et sepius cibum manducare; sed illi, qui sunt in primo gradu sanctitatis, plus laborant et gravius in penitencia et in virtutibus, quam illi, qui sunt in secundo gradu, et hii magis, quam illi, qui in tercio. Corpus autem et sanguis est panis laborantium in via, qui cor hominis confortat et iuvat, utpote ostensum est in figura per confortacionem Helie in via a pane subcinericio;⁴² igitur incipientes necesse habent et sepius sacramentum hoc frequentare quam proficientes, et proficientes crebrius quam perfecti.

Maior est nota ex experientia et racione; nam ubi maior labor et gravior, maior fortitudo cordis requiritur et augmentacio eius crebrior pro restauracione deperditi, quod totum fit ex cibi frequenti digestionem; et ad hoc apostolus:⁴⁴ „Qui non laborat, non manducet“, et per consequens, qui magis laborat, magis manducet, et qui minus, minus. Sed minor relucet ex eo esse vera, quia in primo gradu sanctitatis ducunt adhuc vitam laboriosam, scilicet activam, sed modicum habent ex contemplativa. Item multum habent de habitu et consuetudine veteris hominis, quo gravati laborant eum deponere, et modicum de habitu et de usu virtutum, sive novo homine, quem conantur induere.⁴⁵ „Corpus etenim, quod corrumpitur“, valde adhuc in talibus „aggravat animam, et terrena inhabitacio distrahit in eis importune sensum multa cogitantem“.⁴⁶ Quare necessari

⁴¹ srv. L 6,19

⁴² srv. 3 Kr 19,6

⁴³ per restauracionem deperditi : pro restauracione deserti A

⁴⁴ srv. 2 Te 3,10

⁴⁵ srv. Ef 4,22—24

⁴⁶ srv. Mdr 9,15

abundet in eis gracia, ubi prius iniquitas superhabundavit.⁴⁷ Quod maxime fit per sumpcionem sacramentalem corporis et sanguinis Christi. Ideo talibus dicitur proprie:⁴⁸ „Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.“ Ista autem reffeccio laborantium solum et maxime fit per cibi et potus sumpcionem igitur etc.

Item qui magis et sepius tribulatur ab adversariis, necessarium est sibi sepius et crebrius consolari. Sed communitates fidelium incipientes et proficientes sepe tribulantur a triplici inimico. Corpus autem Christi est panis et sanguis potus tribulatorum ac pugnancium. Iuxta illud Psalmi:⁴⁹ „Posuisti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me.“ Similiter sanguis Christi est mestorum consolacio, eoquod „vinum letificat cor hominis“.⁵⁰ Et Proverbiorum 31°:⁵¹ „Date siceram merentibus et vinum hiis, qui amaro sunt animo. Bibant et obliviscantur egestatis sue et doloris non recordentur amplius“ etc. Item quilibet in statu puerili puer existens necesse habet hec sepius suggere lac et sumere alimentum. Sed communitates plebium communiter sunt parvuli in Christo Iesu, iuxta illud Apostoli parvulis in Christo:⁵² „Lac potum vobis dedi, non solidum cibum“. Et Petrus in canonica:⁵³ „Quasi modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite“. Corpus autem Domini et sanguis⁵⁴ eius sub forma duplici sacramentali secundum illam consideracionem sunt lac datum pueris in comparacione illius spiritu(114r)alis latentissime manducacionis in gloria sanctorum, ad quam propter sui imperfectionem communitates fidelium non possunt attingere communiter hic in via, ideo necesse habent hic recurrere ad sumpcionem sacramentalem, ut sugerent lac de petra oleumque de saxo durissimo.⁵⁵

